



1. Carporv. i. jas. / Specimen quintum
 de Applicatione Methodi Scienti-
 fice ad theologiam revelatam,
 iene.
2. Carporv. i. joh. Bened. / Diff. de
 jure deridendi Controversias theolo-
 gicas, Lipsie, 1695.
3. Deutschmann i. Abrah. Henr. /
 Diff. de Immortalitate et primis
 glitate Divine Essentia, Witten-
 bergae, 1692.
4. Gesner i. Salom. / Diff. II. de Exce-
 siva triumphante in Coelis,
 Wittenbergae, 1595.

26 38

CHRIST. TOBIÆ WIDEBURGII

S. THEOL. D. ET CONTROVERSIARVM THEOLOGICARVM PROF. PVBLICI ET ORDINARII

PROGRAMMA

QVO

SACRARVM LITERARVM STVDIOSI

AD

LECTIONES PVBLICAS INVITANTVR
ET

PRIMI ACADEMIÆ IVLIAE THEOLOGI
ADVERSVS GRAVISSIMAS IMPVTATIONES RELA-
TIONIS DE COLLOQVIO QVEDLINBURGENSI
MENSE PROXIMO HVC MISSÆ
DEFENDVNTVR.



HELMSTADII,

PER ILLUSTRI DOMINO

DR FRIDERICO JACOBO à
LUTZ. Sculpsit
ac Postulatissimum duce Brungs
et Lund. Consiliario et Directo
Suprmo in Calvörde
et Patrono suo magno

TYPIS GEORG-WOLFGANGI HAMMII ACAD. TYPOGR.

mittit

Autor.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000



SVMMÆ ET SANCTISSIMÆ DISCIPLINARVM

THEOLOGIÆ

IN ACADEMIA JVLIA

STUDIOSIS

S. P. D.

CHRISTOPH. TOB. WIDEVRGIVS.

Quemadmodum ecclesiastico munere, ad quod aliquid obeundum Vos, sacris studiis consecrata pectora, præparamus, si non ex corupto vulgi sensu, sed ex ipsa natura sua æstimetur, non facile aliud nominari potest præstantius; & omnium recte sentientium judicio peculiari veneratione dignisunt, qui nomine Christi legatione funguntur, ut Apostolus i. Cor. V, 20. loquitur: sic quantum in eo dignitatis continetur, tantum etiam difficultatis habere deprehenditur. Si vocationem spectes, maxime divina est; si finem, viam ostendit, qua ad perennem tum animi, tum corporis felicitatem pervenire datur. Quod si vero ad præcipuas sanctissimæ functionis partes in domo Dei peragendas mentis aciem convertas, fatendum erit, cum maxi-

A 2

maximo plurimorum hominum, quos Christus sanguine suo redemit discrimine, & præsentissimo propriæ salutis amittendæ periculo conjunctum esse, si quis non satis ad hoc instructus temerario ausu legationem sanctissimam fuscipiat. Nam non sufficit pios & in Christum credentes in fide & statu gratiæ conservare, ac spirituali vita gaudentes coelestis doctrinæ & sanctissimorum sacramentorum pabulo sustentare ; sed etiam improbi sunt ab impietate sua revocandi, errantes in viam reducendi, & qui in peccatis mortui sunt ad novam vitam spiritualem reducendi. Quanta vero res ita periculi ! quantæ difficultatis ! quæ cura, quæ solicitude, hic adhibenda est ? Obstat sanctissimis conatibus collapsæ naturæ vis, repugnat depravata & inveterata multorum consuetudo , in diversa plurimos trahunt, & ab angusta quæ ad cœlum tendit via, ad latam illam, quæ ad exitium ducit traducunt sceleratorum hominum, inter quos vivendum est, contubernia, exempla, consilia, fraudes. Nihil hic de antiqui serpentis, & infernali dracōnis insidiis ac temptationibus dico. *Multi sunt hostes nostri, magni sunt*, scribit devotissimus Clarevallenfis Abbas S. Bernhardus in Psalmum 91. *callidi sunt; non procul a nobis absunt, in aëre volitant.* Hinc D. Gregorius dicere solitus est : *majus est miraculum, prædicationis & orationis solatio peccatorem convertere, quam mortuum carne fuscitare.* Intelligitis ex his, carissima pectora, quam difficilis, quam ardua sit provincia munieris ecclesiastici vestris humeris aliquando imponenda. Docere unum est, esto etiam præcipuum, sed non solum. *Attendite vobis*, scribit Paulus, *& universo gregi.* Attendite dicit gregi, hoc est, ecclesiæ, quam Christus sanguine suo redemit. Omnes igitur pastores attendere, omnes suo modo regere debent, & quamvis alii sint primarii, & aliorum inspectores, qui in aliorum doctrinam, mores & vitam inspirere

cere debent , alii inferiores , tamen omnes sunt pastores ,
omnes gregis cui curam gerere , omnes eum regere tenentur ,
docendo , corrigendo , emendando , in viam reducendo .
Regere debent non solum omnes , sed & singulos , quia qui
totum gregem nominat , omnes complectitur oves , & qui
unam earum negligit , non curat totum gregem . Si autem
negligentes in eo fuerint , princeps pastorum requiret e mani-
bus ipsorum sanguinem pereuntium ovium . Gravissimæ
enim existant in Prophetarum scriptis comminationes adver-
sus Pastores qui in officiis partibus obeundis negligentes sunt .
Audiamus Ezechielem Cap III, 16. & seqq. ita loquentem :
*Factum est uerbū Jebovæ ad me dicendo : Fili hominis , specu-
latorem te dedi domū Israel : audies igitur de ore meo , & admone-
bis eos nomine meo . Quum dixerim ego impio , moriendo morieris :
& non admonueris eum , nec locutus fueris , ut carreat impius , &
recedat a via sua impia , & vivat : ipse impius in iniuitate sua
morietur : sanguinem autem ejus de manu tua requiram . Idem
Cap. XXIV, 10. ita scribit : Sic dixit Dominus Jebova : ecce
ego venturus sum ad pastores illos , & requiram oves meas de ma-
nibus eorum . Hæc nullo non tempore cogitare , hæc serio me-
ditari debent omnes quotquot vel suscepserunt gregem adver-
sus irruentes spirituales hostes defendendum , vel ad sacrum
ministerium aliquando obeundum in academiis præparantur .
Magnum est toti attendere gregi , majus , si ovi uala una foveæ
proxima sit , eam inde retrahere , maximum , sanguinem sin-
gularum ovium , quæ non satis admonitæ perierunt , e mani-
bus pastorum requireti . Vos igitur sacrorum studiorum cul-
tores , meæ deliciæ , omni cura & industria contendite , ut
hac ætate tales efficiamini , quales Vos olim sacro muneri ad-
motos esse oportet . Toties audivisti in Philosophorum au-
ditoriis , quod quæ facienda sunt , non disciplina & præceptis ,*
A 3 sed fa-

sed faciendo facere discamus. Episcopum oportet inculpatum esse. Sed tamen igitur in ætatis flore inculpatæ vitæ sanctimoniam; ut non solum voce, sed etiam exemplo salutis viam aliis ostendatis. Sunt nonnulli, scribit Gregorius in pastorali, qui solerti cura spiritualia precepta perscrutantur, sed quæ intelligendo penetrant, vivendo conculcant. Repente docent, quæ non opere sed meditatione didicerunt, & quod verbis prædicant, moribus impugnant. Mundari prius oportet, & sic alios mundare, sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes, lumen fieri, & sic alios illuminare: ad Deum accedere, & sic alios ad Deum adducere; sanctificari, & sic sanctificare: manus habere rectas, & sic alios porrigit manum. Ingens est hic hominum perversitas, de qua etiam S. Bernhardus queritur, quando in canticum ita scribit: Canales nos hodie in ecclesia habemus plurimos, conchas vero per paucas. Tanta charitatis sunt, per quos diuinorum eloquiorum fluenta manant, ut prius effundere quam infundi velint; cum tamen longe alia ratione hoc fieri deberet vel ille versiculus moneat: eructavit cor meum verbum bonum. Quid enim aliud est eructare, nisi animum diuinorum eloquiorum epulis sagittatum de plenitudine cordis verbum bonum pronunciare. Utinam nostro ævo nulla sit causa querendi, quod canales sint plurimi, & pauciores forte conchæ. Utinam omnes prius sancti & sapientes fieri laborarent, deinde alios sanctos & sapientes facere satagerent. Requirit gentium Doctor in ecclesiæ Doctore præter intentionem rectam & vitæ sanctimoniam, ut sit ~~docto~~, aptus ad docendum. Vos autem dilectissimi sacrorum studiorum Cultores, novissis, quod hæc aptitudo in nulla re alia consistat, quam in sacrum literarum cognitione, & tribus absolvatur quasi partibus, perspicua credendorum & faciendorum & limpidisimis Israelis fontibus explicatione, propositorum dogmatum ex iisdem Prophe-

Prophetarum & Apostolorum divinis monumentis solida demonstratione, nec non in eo, ut coelestis doctrinæ veritas aduersus omnis generis contradicentes, & quosvis mentium seductores ex eodem proprio Theologorum principio strenue defendatur. Ecquid vero horum absque facultate scripturam intelligendi & interpretandi praestari potest? Imo vero quisquis scripturam interpretatur, eadem opera dogmata sacra suo quodam modo docet, explicat, confirmat atque defendit, h. e. Theologi munere fungitur. Hinc idem Apostolus Timotheo germano filio in fide, scripturæ lectionem tam sedulo commendat ut post. Epist. cap. III. non tantum scribat, quodipsum possint peritum reddere quod attinet ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Sed versu proxime sequente addat: *Tota scriptura divinitus inspirata est utilis ad doctrinam, ad redargitionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est iustitia: ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum perfecte instrudus.* Quod autem per hominem Dei Ecclesiæ doctorem intelligat patet e Cap. V. Epist. I. ad Tim. v. II. Quod si vero Paulus Timotheo fratribus & adjutori in evangelio Christi tantopere commendavit sacrarum literarum lectionem, dubitari non potest, quin omnes qui ad sacrum munus aliquando obeundum in academiis præparantur, præcipuum studium in eo ponere debeant, ut sacrarum literarum notitiam mature consequantur. Nam sive rudes & in fide infantes primis doctrinæ Christianæ elementis imbuendi sunt, sive in cœtu fidelium adultiiores, religionis nostræ initiis instructi e sacro ambone ulterius erudiendi, & in fide confirmandi sint, sive scripturæ textus explicandi, impiorum ab impietate sua reducendi, omnes ad sincerum infuscatae pietatis studium excitandi, aut errores sanæ doctrinæ oppositi refellendi, nihil horum absque divinorum scriptorum testimonii effici potest:

Unde-

Undeniam vero & e quo principio nobis intotescit gentinus
Scripturæ sensus? Tridentini sanctam matrem ecclesiam sess. IV.
commendant, cuius sit judicare de vero sensu & interpretatione
sanctorum scripturarum; per ecclesiam autem procul dubio in-
telligent Romanam ecclesiam, quæ sess. VII. de Baptismo
cap. III. omnium ecclesiarum mater & magistra nuncupatur, licet
nemini non sit notum, quod ea una cum aliis Hierosolymita-
næ filia sit, & prætensi magisterii nullum ostendi possit in
Apostolorum scriptis indicium. Antiquissimi Christianorum
Doctores, præscilla ecclesiæ lumina, longo diversam tradi-
derunt Scripturæ interpretandi regulam. Ambigua enim &
obscura dicta e claris & perspicuis ejusdem scripturæ verbis
explicari, & scripturam per scripturam interpretari jubebant.
Præcipuas interpretationum regulas, quibus mens in sacra-
rum scripturarum lectione dirigi & confirmari possit, Augu-
stinus, quo vix doctorem ecclesia habuit inter antiquos Do-
ctores, tradidit in libris de doctrina Christiana, e quibus ple-
rasque in eleganti compendio exhibet B. Gerhardus Titius,
cujus insignem & solidam doctrinam, cum admirabili per-
spicuitate conjunctam venerantur omnes qui hoc academiæ
hujus Decus mecum audiverunt. Hic in ostensione summa-
ria p. 28. de Augustino sic loquitur: *Præscribit sanctus Doctor,*
qui verum sensum e scripturis exportare cupiat, ut fontes consulat
Hebreos & Græcos, exemplaria inter se componat, res quas tan-
gat aut ad quas alludat sacra scriptura e bonis disciplinis cognoscat,
crebra & intenta lectione familiaritatem quandam cum lingua di- vi-
narum scripturarum faciat, ad obscuriores locutiones illustrandas
de manifestioribus sumat exempla, circumstantias & scopum ser-
monis, antecedentia & consequentia contextus intueatur, loca
parallelia inter se conferat, analogiam denique fidei, ceu cynosuram
quandam perpetuo in conspectu habeat. Talem viam in inter-
pretan-

pretandis Scripturis vetustissimi Patres optimam & certissimam judicarunt. Verum enim vero indoctae plebeculæ, ita forte quis objiciat, summa fidei & religionis nostræ capita perspicue & populariter e perspicuis scripturæ dictis propo-nenda sunt: controversiarum tractationes simpliciores turba-re, non adjuvare solent. Ita certe est. Quid autem tum faciendum, si lupi irruant in gregem, si inter diversæ religionis homines cœtu nostro vivendum, si heterodoxi gregi nostro occulte miseri, si hæreses serpere videantur, si denique ovicula quædam ab adversariis inescari, si errori, si foveæ proxima videatur? Tum vero adversus eos a quibus periculum metuendum, dextre & nervose disputandum: atque adeo hoc in scholis mature discendum, ut opportuno tem-pore, & ubi opus est, recte illo utamur. In eo igitur nostra ver-satur in academiis opera, ut auditores nostros iis studiis im-buamus, ut unusquisque munere suo aliquando rite fungar-tur. Est autem nulla bonæ eruditionis pars, nulla disciplina-rum, quæ non certa ratione Theologiæ inserviens, vel ad in-telligentiam Scripturam, vel ad refellendos errores plurimum conferat. Vera & incorrupta de Deo doctrina in verbo Dei pa-tetæcta, sunt hæc verba quæ leguntur in statutorum nostro-rum Codice capite de studio Theologico, quique ecclesiæ catho-licæ consensus fit, retineri, & illibata ad posteros trans-mitti sine multiplici doctrina, & sine magna exercitatione bonarum literarum & omnium optimarum artium varietate non possunt. Hinc Julianus Apostata nullam existimabat acerbiorem fore Christianorum persecutionem, nec expeditiorem esse ever-tendæ religionis viam, quam si ab optimarum literarum stu-diis Christianos removeret. Lex igitur ab Imperatore pro-mulgata, sunt hæc verba Socratis in latinum versa, quæ legun-tur L. III. Historiæ Ecclesiasticae cap. XIV. que vetabat, Chri-stianos

ſianos humaniore literatura imbuī. His Socrates eodem capite ista subjungit. *Divinitus inspiratæ scripturæ dogmata quidem admiranda, & vere di-vina docent, multamque pietatem & recte vivendi rationem auditorum animis inferunt, fidemque Deo gratam suis studiosis præbent, artem tamen, qua qui veritatem adoriretur, repellere posse, non proponunt.* Cum enim Deus in verbo suo doceat homines, quos ratione præditos creavit, non pauca subinde supponit, quæ vel omnibus, qui naturales facultates per convenientes habitus excoluerunt, notissima sunt, vel levi opera aliunde cognosci possunt. Sed hoc argumentum B. Georgius Calixtus, de hac academia & Protestantium ecclesia præclare meritus, egregie, ut solet omnia, & solide tractavit in apparatu sive introductione in studium & disciplinam sanctæ Theologie. Falluntur etiam illi, qui postquam disciplinarum compendia audiverunt in his primordiis acquiescendum esse arbitrantur. Est quidem e temporis nostri calamitas, & tanta facultatum penuria, ac rerum angustia, quæ non pauci premuntur, ut vix liceat ulterius progressi. Sciendum autem est, quod non parum proficit, eo pervenisse, ut possis cætera, quorum explicationem in academiis expectare non licuit, ipse persequi, videre & intelligere. In primis controversiarum Theologicarum tractatio, & sanæ doctrinæ adversus contradicentes defensio subsidiis illis, quæ ab externa eruditione petuntur, carere nullo modo potest. Plurimi sunt, & varii generis adversarii, adversus quos in Ecclesia pugnandum. Decertandum est cum infidelibus, in aciem descendendum cum pseudo Christianis, &c, postquam ecclesia quæ una est, & per totum orbem dispersa, in varias eheu! partes lacerata est, adversus omnem heterodoxiam pugnandum. Contingit etiam frequentissime, ut occasione refutandorum adversiorum novæ subinde quæstiones oriantur, quarum aliae

aliae ad fundamentum fidei pertinent, pleraque accessoriæ
sunt, ad fundamentum salutis non pertinentes. Docent hoc
omnia retro secula, nec quenquam latere potest, qui mente
revolvit diversa certamina seculo decimo sexto in ipso ecclesiæ
gremio excitata; ob eam inter alias causam, quod isto tempore
quo literarum studia e tenebris in lucem revocata erant, multi
sola propemodum linguarum studia excoluerunt, neglectis di-
sciplinis philosophicis, & nihilominus se immiserunt tractan-
dis ejusmodi quæstionibus, quibus evolvendis propter ne-
glecta disciplinarum studia nulla ex parte pares erant. Quan-
to autem pretiosior & auro contra carior, quanto delica-
tior est vera religio, & fides catholica, tanto magis pro illa
sincera & illibata retinenda cordatis Theologis vigilandum est,
& velut pro aris & focis dimicandum. Nam nisi tota fusi-
piatur, tota repellitur, quia nullas admittit veri cum falso
mixturas. Dum hoc agitur, quod etiam mihi posthac agen-
dum erit, communis hæc esse debet omnium qui de contro-
versiis Theologicis agunt regula: ut sancta sancte, & quæstiones
ad religionem pertinentes religiose tractentur. Est enim
Christianæ charitatis officium, erga diversum sentientes nul-
lum nisi charitatis affectum spirare. Pugnare decet Chistianum
Theogum pro veritate coelesti; sed procul esse debet
ab omni personarum odio & livore. Adversus asperiores ad-
versariorum invectivas inculpato moderamine, ac prudenti
charitatis temperamento semet defendere licitum: abstinen-
dum autem a convitiis & mordentibus verbis, velut manife-
stis operibus carnis; universum potius certamen esse debet
cirrariaxas, Zeli veritatis pallio velatas. Nihil gerite, præcipit
Apostolus, per contentionem aut per inanem gloriam. Ex omni
autem controversiarum numero Theologiæ cultoribus eæ
potissimum proponi debent, quæ majoris momenti sunt, &

nōstro tempōre maxime necessariæ, missis aliquantisper iis,
quæ vel inanes & curiosæ, vel nec ignorantí nocent, nec
scientem juvant. Sed ad eas me converto regulas, quæ litigantes in ipso conflictu dirigunt. Ne igitur statim in principio nobis hærere contingat, prima cura in eo posita esse debet, ut controversiæ status, circa quem præ cæteris periculosisſime erratur, remotis omnibus quæ ad eum non pertinent legitime constituatur. Est autem in hoc eo maiori cura laborandum, quo maioris momenti sunt. & altiori gradu constituta, quæ æternæ salutis consequendæ viam ostendunt. Solet in eo multis peccari modis. Contingit aliquando, ut quis de adversarii sui sententia judicet ex iis, quæ ab ipso obiter, vel aliud agente prolatæ sunt: cum genuinus sensus & mens autoris non ex iis quæ obiter dicta sunt, sed ex his æstimari debat, quibus rem istam, ex professo de ea agens proposuit. Reperiuntur etiam qui de aliorum mente non ex ipsis eorum scriptis, sed ex iis judicant, quæ illorum adversarii de iis tradiderunt, cum tamen nihil sit adversario tribuendum, quod non ipse vel dixit vel scripsit. Hoc tam sancte servandum est, ut ne minima quidem vel addenda vel dissimulanda circumstantia. Qui hoc negligit injuriam alteri facit, quod nequam est viri boni, multo minus Theologi. Nullum igitur adversario dogma tribuendum, aut imputandum, quod suum esse diffitetur, nullæ imputationes formandæ ex consequentiis, quas ipse non agnoscit. Si etiam phrasι forte minus commoda usus, sublata dictionum obscuritate, erendum erit verborum sensus ex aliis ejusdem Autoris planis & perspicuis, verbis alibi scriptis, ne pugna sit de verbis, res eadem. Denique privatas Doctorum opiniones controversiarum tractator accurate distinguere debet à communī & publica totius ecclesiæ doctrina, nec huic quicquam tribue-
re præ-

re præter id quod vel in publicis ecclesiæ illius libris symbolis constitutum, vel in scholis communi consensu docetur. Quoties vero in scriptis publicis discrimen dogmatum dissimulatum, aut angustius expositum, aut sub ambiguis publicarum confessionum verbis occultatum fuit, ad constituerendam vel explicandam adversariorum thesin, alia insigniorum istius Ecclesiæ Doctorum, quorum maxima est autoritas, testimonia in subsidium advocanda.

Controversiæ statu rite formato, proximum est, ut is cuius opera in enucleandis controversiis occupatur, ad veritatem coelestem adstruendam progrediatur. Constituta igitur ipsis igitur thesi & antithesi, post utriusque declarationem absque ambagibus & tædiosa circumvitio rotunda & solida assertionis probatio subjicienda, cuius nec nimia brevitas obscuritatem, nec prolixitas tædium pariat. Sicuti autem in omni præclara doctrina feliciter probanda, & adstruenda veritate duo sunt studiose observanda, ut principia recte consti-tuantur & quæ ex his deducendæ sunt conclusiones recte ex iis inferantur; sic in controversiis Theologicis maxima in utroque cuta est adhibenda. Hic autem non laudanda videtur præpostera quorundam industria, qua quascunque excogitare licet rationes in medium proferunt, aut tum demum officio suo probe se defunctos opinantur, si singentem scripturaræ dictorum molem coacervare queant. Qamvis enim hoc aliquam ostendat sacrarum Scripturarum notitiam, & memoriaræ promptitudinem; dum tamen promiscue omnia assertis suis probandis accommodant, judicii inopiam ostendunt. Longe diversam fuisse sententiam Philippi Melanthonis haec ejus verba declarant: *Satius est & unum & alterum clarum testimonium & firmum produxisse, quam multas que ad institutum non ita faciebant sentencias allegasse: nam præterquam quod incertis*

B 3

& male

Et male detortis Scripturis, non confirmantur animi hominum, obscurantur res etiam magis atque magis. Præterea certandum hic est non numero, sed pondere argumentorum, & cum iudicio feligendæ sunt potiores & solidiores rationes. Qui hoc negligunt, doctrinam quam probare tenebantur, adversariorum risui exponunt.

Ad examen progredior argumentorum, quæ ab adversario nobis objiciuntur. In eo prima cura circa probationis formam occupatur: quia, si hæc minus recte se habet, sæpiissime contingit, ut e verissimis principiis falsissima conclusio eliciatur; quod qui negligit, semetipsum præsentissimis errandi periculis exponit, & alios iisdem involvit. Faceat igitur Fanaticorum stupor, quinon modo omnes syllogismos & sacra doctrina exulare jubent, sed etiam absque hoc veritatis eruendæ & tuendæ organo, nescio quos coelestis scientiæ thesauros pollicentur. Proxima opera circa præmissas occupatur, & quoties in his propositionis majoris, prout in scholis loquuntur, locum occupat principium rationis, rigorissimum examen subire debet. Neque enim insolens est, ut incautis aliquando objiciantur subspecioso principiorum nomine tales propositiones, quæ nequidem in rerum naturallium classe perpetuam & indubitatam certitudinem habent. Multo autem majus periculum abiis metuendum, quæ sufficiente rerum finitarum & sensibilium inductione firmata sunt. Nam si serio de iis cogitamus, fateri cogimur, quod Deus O. M. omnia præstare possit, quæ non involvunt manifestam contradictionem, et si alias a communi rerum conditione longissime recedant. Restat igitur sola rationis principia quæ absolute & simpliciter sunt necessaria, quia ad horum opposita infinita Dei potentia, quæ omnia potest quæ fieri possunt, se non extendit.

Cete-

Ceterum ad indagandos solutionum fontes, & praeclarorum objectionum nervos incidendos plurimum consertis in examinandis adversariorum argumentationibus ~~negantur~~,
quædæs detegatur. Quamvis vero non facile quisquam sanæ
mentis de eo dubitet, quod Scripturæ divinitus inspiratae sint
fundamentum super quo universa Christi ecclesia exstructa est,
tamen experientia docet, quod in diversis Christianorum
scholis infallibili huic credendorum & faciendorum normæ
aliud probandi principium quasi a latere subjungatur, & tacite
substernatur. Aliqui, quod nemo vestrum ignorat, scriptu-
ris Spiritus S. afflatu per amanuenses Dei consignatis, quas divi-
narum nomine veneramus, traditiones adjungunt, & hastum
ad fidem tum ad mores pertinentes tanquam a Christo vel a
Spiritu S. dictatas & continua successione in ecclesia conserva-
tas pari pietatis affectu & reverentia cum ipsis Scripturis ~~secon-~~
~~trivitios~~ suscipiendas & venerandas esse docent. Alii, rationi
frena laxantes, hanc Scripturæ non tantum a latere ponunt,
sed aliquando præferunt, nullam doctrinam admittentes, quæ
cum rationis criterio non consentiat. Sunt etiam qui inter-
nas & immediatas revelationes, quas ipsi jactitant, & aliis li-
beraliter pollicentur, in dignitatem veri & certissimi verbi di-
vini extollunt, & hoc Gorgonis capite objecto absurdas suas
doctrinas, quæ nullum habent in divinis Scripturis patroci-
nium, se tueri posse confidunt.

Hæc paulo altius hic repetenda fuerunt, & Vobis in me-
moriā revocanda, ne ignoretis, quæ & mihi servanda sit
methodus, & ad quæ Vos in enucleandis controversiis potissi-
mum attendere debeatis. Quamvis autem hæc levia forte
videantur monita: tamen quantum detrimenti eorundem ne-
glectum comitetur, & præcedentium temporum monumen-
ta loquuntur, & nostri ævi tristis experientia satis testatur.

Utinam

Utinam hæc omnia memori mente fecoluisset, & ad usum transtulisset Vir doctissimus, qui narrationi suæ historicæ inseruit relationem de iis quæ septimo post academiæ hujus fundationem año circa notissimam de omni præsentia carnis Christi controversiam in colloquio Quedlinburgensi ventilata fuerunt. Postquam sub initium mensis proximi relationis hujus exemplaria huc missa fuerunt, inter auditores nostros certo pretio distribuenda, unum ex iis in manus meas incidit, quo lecto totus cohorri. Vidi enim famam primorum Theologorum Helmstadiensium indignis modis lacera- ri, & plurima iis tribui, quæ in Protestantium Doctoribus nullo modo toleranda, academiæ huic probroso, & piis auribus intolerabilia sunt. Commodum vero accidit, ut ante oculos & manus meas versarentur Acta illius colloquii. Contuli iis singula quæ relatio modo dicta antecessoribus nostris tribuit, sed legens relegens nihil eorum inveni, omnia falsissima esse deprehendi, nec impetrare a me potui, quin Virorum rissime meritorum defensionem susciperem. Ne autem relationis vestigia sequi, & in ea quæ in controversiarum tractatione observanda monui ipse impigere videar recensere placet ipsa relationis verba. Leguntur autem p. 249, ista:

Bon den Colloquio zu Quedlimburg/welches die Sächsischen/Pfälzischen/Brandenburgischen und Braunschweigischen Theologi Anno 1583, auf dem hiesigen Rath-Hause/wegen eines veränderten Exemplars der FORMULÆ CONCORDIÆ, und wegen der Allgegenwart Jesu Christi/ auf Veranlassung Churfürstens AUGUSTI zu Sachsen gehalten haben.

Es hat-

Shatte der fromme Fürst JULIUS zu Bräun-
Schweig Anno 1568. die Braunschweigische Lande
reformiret / Anno 1576. das corpus julium und in demselben
die 3. Haupt Symbola, die Augsburgische Confession, die Apo-
logie, die Schmalcaldischen Articul / das Büchlein Ur-
bani Regini, wie man fürsichtig soll reden im ganzen Lan-
de einge führet. Er stiftete auch in eben diesem Jahre die
Julius Universität und berieß dahan Tilemannum Hesbusium,
der die Formula concordiae wolte verwirfflich machen /
und die Allgegenwart der Menschlichen Natur Christi
lengnete: denn Christus were zwar in der Kirche zu-
gegen / bey den Gläubigen und Sacramenten / nicht
aber außer der Kirche. Er brachte auch nebst noch
andern dem Herzog Julio die Gedanken bey / als wenn
die Formula concordiae zu dem Ende versertiget / und in seine
Lande solte introduciret werden / weil man per indirectum
das Corpus Julium conculciren / und das dogma ubiquitatis sta-
biliren wolle.

p. 256. leguntur ista: Es haben die Churfürstl. Herren
Theologi ihr viele loca aus Hesbusii Schriften zusammen-
gesuchet / darinnen er in seinen vorigen Schriften die All-
gegenwart des Fleisches Christi eingereumet hat / nun
wär er ein wanckend Rohr / es wird eben eine solche All-
macht erfodert zu der Gegenwart an vielen Orten / als
zu der Gegenwart an allen Orten. Wer an vielen Or-
ten zu einer Zeit seyn kan / der kan auch zu einer Zeit an
allen Orten seyn. In dem Corpore Julio selbst edit. Brun-
sfvic. und zwar in Büchlein Urbani Regini wird die Allge-
genwart des Fleisches Christi gelehret p. 582. 868. 870.
872. Nun aber ist diese Schrift pars des Corporis Julii; in-
sonderheit p. 868. Wir bekennen ausdrücklich / daß im

C

Heil.

Heil. Abendmahl der wesentliche Leib gegenwärtig sy) und NB. daß der ganze Christus in göttlicher und NB. menschlicher Natur bey dem Amte seines Worts und seiner H. Sacramenten in seiner Kirchen hier auss Eeden zugegen sey. Alwo klar steht / daß auch außer dem Abendmahl der wesentliche Leib Christi bey den Sacramenten in plurali, und also auch bey der H. Taufe zu gesen sey / in gleichen bey dem Amte seines Worts / so oft sein Wort gepredigt wird. Ob auch gleich in der Augsburgischen Confession nicht ausdrücklich der Allgegenwart des Herrn Christi gedacht / so ist Sie doch unter den Sätzen zur Rechten Gottes mit eingeschlossen.

p. 257. hoc habet Relatio: Dieweil aber von den benachbarten Anhaltischen und damahlichen Helmstädschen Theologis zweierley ist vor gewandt worden / als (1) es sey die Allgegenwart der menschlichen Natur Christi wieder die Vernunft / wieder die Natur eines erschaffenen Leibes. Denn ein Leib sey kein Geist / ein menschlicher Leib / der Fleisch und Bein hat / könne nicht durch Mauern / Steine und Holz dringen / sondern ein corpus müsse dem andern weichen. Corpus sine quantitate non esse corpus. (2) Es sey wieder die Schrift / daß Christi Leib allgegenwärtig.

p. 258. Ista adduntur: Die aduersarii geben zwar für / die menschliche Natur Christi sey nicht allenthalben mit der göttlichen Natur vereinigt / sondern nur an ihrem Orth / oder an einem Orth gleichwie die Stadt Antwerpen mit dem anfließendem Meer vereinigt ist / oder wie ein Diamant vereinigt ist mit dem Ring / wie ein Nagel vereinigt ist mit der Wand / aber nicht allenthalben / denn er ist

er ist an etlichen Orten bloß. Also vermeinen Sie/wäre auch die menschliche Natur Christi mit dem unergründlichem Meer der Gottheit vereinigt / aber nicht allenthalben.

Sic tumultuatur relatio. Multa sunt, fateor, magna sunt, Christiano homine indigna sunt, & in Theologo minime ferenda, quæ beatis Antecessoribus nostris, de hac academia & Protestantium ecclesia præclare meritis, tribuntur, pleraque etiam sic comparata sunt, ut suspectos & impeditos maxime exosos reddere possint, atque adeo illæsa existimatione non liceat tacere. Ecquid enim in Christianum Theologum dici potest gravius, quid acerbius, quam instar arundinis mobilem esse, & doctrinam quam scriptis in publicam lucem emissis publice asservisset, & constanter defendisset, paulo post sugillare, reprehendere, rejicere? Quid magis impium, quam Principem optimum falsis persuasionibus seducere, & summis Magistratibus sinistras cogitationes de publicis protestantium confessionibus suggestere? Quis Christiano nomine dignum esse arbitratur, si quis divinæ potentiae limites ponat, quos egredi nequeat? Gravissima reprehensione dignissimus foret, si quis publicam confessionem, cui ipse subscriperat, quam per omnia & in omnibus approbaverat, mutata animi sententiare rejicere & impugnare præsumat? Intolerabile etiam in Doctore Theologo foret, a præscriptis docendi loquendique formulis, quibus juramento adstrictus erat, pro lubitu recedere. Denique a Christianæ doctrinæ veritate, & fidei analogia super clarissimis & perspicuis divinarum scripturarum testimoniis extructa longissime recederet, si quis non vereatur afferere, quod humana Christi natura in uno solummodo loco divinæ sit personaliter unita. Singula hæc relatio ista tribuit Tilemanno Heshusio, ejusque Colle-

gis, qui colloquio Quedlinburgensi interfuerunt. Nihil enim
in hoc negotio ab Heshusio solo actum, nihil collocutoribus
exhibitum fuit, absque consensu & approbatione Collega-
rum. Ostendunt hoc singulorum actorum subscriptiones, in
quibus Heshusii nomen nuspam conspicio, singulæ autem
his continentur verbis: Fürstliche Braunschweigische Theo-
logi. Adfuerunt e Theologorum Helmstadiensium numero
præter Tilemannum Heshusium in colloquio Quedlinbur-
gensi, Daniel Hoffmannus, & Basilius Sarlerus, a quo ego
met ipse maternum duco sanguinem. Hi sunt illi quorum fa-
mæ afferendæ causa, & amoliendi scandali gratia caliginem
istam discutere & sinistras de animis legentium suspicione
avellere constitui. Nolite igitur credere, dilectissima sacra-
rum literarum studiis consecrata pectora, tales fuisse primos
academiæ hujus Theologos; nolite, inquam, opinari, tam im-
pias & horrendas doctrinas auditoribus suis, nostris præ-
ceptoribus, proposuisse. Ab iis enim quæ Relatio iis tribuit,
tanto intervallo remota est ea doctrina, quæ ab iis proposita,
& ad nos propagata fuit, quanto intervallo cælum distat a ter-
ra. Ipsi novitis quod nihil vobis in auditoriis nostris pro-
ponatur, quod non e lippidissimis Israelis fontibus deductum
plenum habeat cum Protestantium libris symbolicis consen-
sum. Sed ad rem ipsam propero, controversiæ statum per-
spicue explicaturus. Non agitur hic de controversia circa do-
ctrinam de ubiquitate seu omnipräsentia carnis Christi in col-
loquio Quedlinburgensi tum ventilata. Hæc enim disputatio
juxta præscriptum corporis nostri Julii, cui sacramentum dixi,
in coelestem academiam differenda est. Imprudentissimum
etiam foret, hoc ~~et~~ pomum tangere, aut infelix illud cer-
tamen, quod ecclesiam non parum turbavit, redintegrare, &
controversias nec necessarias, nec utiles, defervente disputan-
tium

tiū servore sopitas, in lucem revocare. Non etiam mihi negotium est, nec in arenam descendō cum relationis Autore, quem eo habeo loco, quo viros pietate & doctrina praestantes habere decet. Nihil ipsi tribuo ex iis quae in Relatione de Antecessoribus nostris leguntur; pia credulitate praecptores suos in hac causa secutum suspicor: quod facile ipsum a malitia defendet. De eo autem queritur, an tales fuerint primi academie Jolie Theologi, & an ea afferuerint, quae ipsos afferuisse Relatio illa dicit. Hoc est quod constanter nego, & pernego; pacatissimo etiam animo, sine bile & acerbitate, aperta fronte, dico; omnia esse falsa. Fortassis qui ista scriptis non habuit ad manum Helmstadiensem Theologorum scripta, Theologis Electoralibus in ipso colloquio exhibita, & sic non licet mirari, quod Nostrorum mentem non satis afferqui, nec sensum recte explicare potuerit. Nam perquam infirmum fulcrum opinionibus suis parat, qui de mente aliquis non ex propriis ejusdem scriptis, sed ex iis judicium sumit, quae ab adversae partis Scriptoribus afferuntur. Id autem hic factum, & ex eo περὶ τὸν Λέυδον, & prima errandi occasio dependere videtur. Evidem si relationis autor ipsa Theologorum Helmstadiensium scripta in ipso colloquio Dominis Theologis Electoralibus exhibita ante oculos habuisset, & singula paulo penitus inspexisset, procul dubio nihil eorum scripsisset. Ego singula eorum non perfundorie & semel, sed aliquoties, & plus quam perfundorie, legi, sed nihil eorum in iis inveni, & forte nec Argus decem oculorum milibus instructus quicquam tale conspiceret. Sed per exempla, seu species, ut in scholis loquuntur, incedendo, quod dixi breviter ostendam. Ne autem quicquam in universo examine fraudulenter, subdole, aut callide, sed omnia ingenue, sincere & candide siant, ipsa retineam tum Relationis, tum singulo-

gulorum scriptorum quæ Electoralibus Theologis a nostris
Doctoribus exhibita fuerunt, verba.

Prima accusatio hæc est : Tilemannus Heshusius habe
wollen die Formulam Concordiaꝝ verwerflich machen. Quæ
de Tilemanno Heshusio in hac causa dicuntur, eadem de col-
legis etiam intelligenda esse ante monui, & quæ in Colloquio
Dominis Theologis electoralibus exhibita fuerunt satis hoc
ostendunt. Ubinam vero Nostrates Formulam concordiaꝝ
vel rejecerunt, vel rejiciendam esse afferuerunt, vel ejus re-
jectionem postularunt. Ego nullum invenio ejus rei indi-
cium. Quod autem iihil horum factum sit, clarissime ostendunt
acta. In primo Brunsvicensium Theologorum scripto d.
16. Jan. anno 1583. Collocutoribus exhibito §. Damit uns auch
Niemand ic. leguntur ista : Damit uns auch Niemand einige
Leichtfertigkeit vorwerfen könne / und wir unserer müßgüns-
tigen calumnien etwas vorbauen (den wir vorlängst ver-
nommen / wie uns hin und wieder / doch Gottlob zur Un-
schuld / Abfall von der Formula Concordiaꝝ zugemessen sey)
wollen wir hier kürzlich vorzeigen / daß wir solcher Lehre und
Bekantniß noch seyn und bleiben. Hanc mentis suæ senten-
tiam planis & apertis verbis declarant in ultimo scripto quod
Electoralibus Theologis exhibuerunt §. Und dis ist es das wir
ic. ita locuti : Insonderheit bitten wir / man wolle uns Ab-
fall von der Formula Concordiaꝝ nicht zumessen. Sintemal
wir bey derselben im gesunden Verstande bleiben / und
nicht derselben cassation, sondern gewissen Verstand suchen!
indem wir wieder mancherley Deutungen/welche dem Ver-
stand zu wiederlauffen / gebührliche Verwahrung bitten/
weil wir auch nicht fremde Kirchen sondern diejenige / so mit
uns das Concordien Buch unterschrieben / neben den Hoch-
löblichen Thürfürsten und Ständen / als samtblich inter-
cessir-

cessitatem hinc zu Richtern begehrten / und uns denselben
submitiren / können wir mit keinem Tug einiger Absonde-
rung von vorgemelten Concordien Buch beschuldigt wer-
den. Jam tota judicet ecclesia, qua veritatis specie accusetur
Tilemannus Heshusius , aut qua fronde de Collegis ejus dica-
tur: Sie haben wollen die Formulam Concordiae verwirlich
machen. Überiorem declarationem desiderabant non nullo-
rum verborum, quæ diversas admittebant significationes,
& ab aliis etiam in diversos sensus trahebantur, prout Wür-
tenbergensium & Argentoratensium scripta, & horum etiam
literæ ad academiæ hujus Theologos datæ satis ostendebant,
e.g. Omnipræsentia vocabulum alii intelligebant de præ-
sentia secundum essentiam, alii de præsentia secundum ope-
rationem, alii denique utramque illarum acceptiōnū re-
jiciebant. Hinc Theologi nostri tollendæ ambiguitatis,
& evitandi scandali causa überiorem & perspicuam expli-
cationem necessariam esse asseruerunt , rejectionem For-
mulæ Concordiae nunquam petiverunt. Absit tamen ut
rejectionem vel Tilemanno Heshusio vel Collegis ejus per
calumniam a Relationis Autore tribui asseverem. Deci-
pi potuit ab adversæ partis Doctoribus, aut eorum Disci-
pulis, qui tales rejectionem primitus illis, sed falso tribuerunt.
Forsū fecutus fuit vestigia Leonhardi Hutteri, in cuius Con-
cordia Concordi p. 285, ita leguntur: Circa annum Domini 1583
(fuit is ille, quo colloquium Quedlinburgense habitum) in publi-
cum tandem prodierunt quidam Theologi Helmstadienses, qui prius
libro Concordiae subscripterant, cumque per omnia & in omnibus
sine ulla conditione aut exceptione approbaverant, uti ex formula
subscriptionis, qua usitunt, luculententer patet: iam veromutata senten-
tia saluberrimum illum concordiae laborem, præsertim quod attinet
de omnipræsenti Christi hominis haud obscure fugillare & reprehē-
dere

dere ceperunt. Inter eos erant principes Theologi Helmstadienses D. Tilemannus Heshusius, ejusque Collegæ ab ipso seducti. Parcant mihi manes Venerandi Theologi. Nihil hic video solidi, multa dicuntur, nihil probatur, nec quicquam autoritatis habent hujusmodi imputationum procellæ, nisi vel diserta confessione, vel evidenti ratione consistant; præsertim cum ea quæ ejusdem libri p. 325. margini adscripta sunt abunde testentur, Scriptorem illum parum amico in Helmstadienses fuisse animo.

Progedior ad ea, quæ in relatione iis quæ sub examen vocavi immediate subjiciuntur, & ita habent: Und die Allgegenwart der menschlichen Natur Christi leugnere: denn Christus wäre zwar in der Kirche zugegen/bey den Gläubigen und Sacramenten/nicht aber außer der Kirche. Verum hoc esse, tum patiar mihi persuaderi, quando Venus umbram terrestrem ingressa a geocosmo obscurabitur, hoc est, nunquam. Valeat in hac causa quod in iudiciis dici solet: audiatur & altera pars. Quis enim in gratiam scribentis credat, quod falsissimum esse manifesto ostendunt diserta verba quæ leguntur in der Antwort der Braunschweigischen Theologen auf der Churfürstl. Theologen schriftlichen Bericht de generali ubiquitate corporis Christi in omnibus creaturis præsentiret Quedlinburg d. 27. Januarii anno 1583 §. Wir sagen ic. Wir sagen nicht von einem absente oder remoto Christo, sondern von dem Herrn Christo der Himmel und Erden erfülltet/ und in seiner Kirche præsentissimus ist. Erstlich was die ewige Gottheit anlanget/ ist die allenthalben und erfülltet alles sua essentia. Was den angenommenen und mit Gott vereinigten Leib Christi betrifft/ ist der wahrhaftig und wesentlich in heiligen Abendmahl/ wo dasselbe nach des Herrn Christi Einschzung ausgetheilet wird. So ist

ist auch kein Zweifel / daß der Herr Christus / Gott und
Mensch / nach beyden Naturen bey seiner Kirche gegenwärtig sey / laut der tröstlichen Zusage : wo zwey oder drey versamlet seyn in meinen Nahmen / da bin ich mitten unter ihnen Matth. XVIII. & Cap. XXVIII. Ego vobiscum sum.
Hierüber wird ferner noch gefraget : Ob die menschliche Natur in und bey allen Creationen / auch außerhalb der Kirchen sey? Hierzu sagen wir Braunschweigischen Theologi, daß wir keinen ausdrücklichen Bericht hier von in Gottes Wort haben / derowegen wir Bedenken tragen / solches temere zu assertiren. Wir werden auch von keiner remota absentia sagen / weil wir davon eben so wenig Gottes Wort haben. Uns genüget an dem / daß wir durch den Glauben Jesum Christum / Gott und Mensch gegenwärtig haben / also daß er auch in unsern Herzen wohnet / uns stärket / erleuchtet und regiert / auch ewiges Leben in uns wircket / laut des heilichen Spruchs Joh. XIV. *Venimus ad eum , & mansio- nem apud eum faciemus.* Longe igitur alia mens Theologis Helmstadiensisibus affingitur , & sententia iis tribuitur diversissima ab ea , quam publico scripto in colloquio Quedlinburgensi sunt professi. Ipsi dixerunt : Wir tragen bedencken zu assertiren / Relatio dicit : ipsos negasse. Aliud autem est non assertere , aliud negare. Quae quis ignorat , haec non assertit , nequaquam vero negat. Asserere & negare contrarie opponuntur , prout in scholis loquimur , assertere autem & non assertere , opponuntur contradictorie. Haec Vos in Philosophorum auditoriis didicistis , & si quis ignorat , docere eum possunt , quae immortale academie hujus decus , Cornelius Martini de Statu controversiae rite formando scripsit in Analyse Logica partis 1. Cap. II. Non negarunt Nostris omnipræsentiam carnis Christi , non rejecerunt eam , nec

D

damna-

dominant eos qui longius progressi excurrunt ad asseverationem generalis præsentiae Christi cum suo corpore in omnibus creaturis. Non rejiciunt omnipræsentiam, sed omnipræsentia assertionem, quæ temeritatem involvit. Sic mentem suam explicant claris & perspicuis verbis in ultimo scripto d. 27. Januarii Collocutoribus exhibito § Wie es die rejection &c. Wir gehen mit der rejection nicht so weit / als wenn generalis ubiquitas corporis Christi zu verdammen / wie wir den das Wort damnamus nicht haben gebrauchen wollen / sondern wir verstehen nur rejectionem assertio- nis, welche eine temeritt auf sich hat. Videlicet temerarium esse existimabant in mysteriis aliquid afferere Scripturarum verbis non satisfundatum. Das ist unsere proposition, ita Antecessores nostri scribunt in declaratione d. 19. Januarii exhibita, das weder die ubiquitt noch die omnipræsentia carnis Christi in oder bey allen Creaturen einen Grund in Gottes Wort habe/dabey wir nochmahls bleiben. Simili modo verba suadelerant in ultimo scripto § Nun streitet man ic. Nun streitet man davon/ ob Gottes Wort eine omnipræsentiam carnis Christi afferre? darauf sagen wir klahr: Nein. Man kan auch keinen Spruch zeigen/ der uns zur affirmation gewiss mache. Hæc fuit Theologorum Helmstadiensium sententia. Quod autem omnipræsentiam humanæ Christi naturæ reje- cerint, hæc sunt vigilantium somnia, & videtur bonis viris adversæ partis hoc fraudi fuisse, quod non animadverterint, ingens discrimen esse inter negare & non afferere.

Ad tertium propero, quod ex aliorum relatione accep- tum Psittacus de Tilemanno Heshusio eloquitur. Tileman- nus Heshusius brachte auch nebst noch andern dem Her- von Julio die Gedanken bey / als wenn die Formula Con- cordie zu dem Ende versfertiget / und in seine Lande solle
intro-

introduciret werden / weil man per indirectum das Corpus
Julium conculciren/ und das dogma ubiquitatis stabiliren wolte.
Ceterum nec ego hoc, nec relationis Scriptor ex ore Heshusii
audivimus, nec ab iis nobis relatum est, qui secretioribus piissimi
Principis consiliis tum fuerunt admoti. Imo tam bene
hoc cognitum est relationis Scriptori, quam mihi sunt pagi
Bohemici. Habuit Tilemannus Heshusius , quod notissimum
est, plurimos cavillatores, quorum nullo non tempore
seges maxima fuit, & hodienum est inter homines. Quid
autem certitudinis afferre potest tam vana, & non sine horrore
cogitanda relatio ? Fortassis etiam hic relatio sequitur vesti-
gia ejus qui in Concordia Concordi p. 280. ita scribit. Ceterum
cum Heshusius pri-vatis magis affectibus , quam publicæ ecclesiæ
velificans Illustrissimo suo Principi Duci Julio Brunsvicensi per-
suasisset, ac si subdole & contra reliquorum ordinum augustinam con-
fessionem profitentium consensum & approbationem occulte dogma
ubiquitatis libro Concordiae in præjudicium Confessionis Brunsvi-
censis & Saxonice incrustatum esset: idemque jam per indirectum
in Apologia libri Concordiae quasi defendetur & propagaretur.
Verum si dicere, si suspicari, sufficit, veniam meretur Rela-
tio. Sed quæ facta esse dicuntur, idoneis probanda sunt
testibus, qui non de alieno, sed proprio auditu testimonium
perhibeant. Ceterum nec hæc febricitantium somnia tribuo
Relationis Scriptori, qui has etiam calumniantium Iudifica-
tiones ad se delatas nimis credulus admisit.

Sed ad p. 256, me confero , & examen gravissimarum im-
putationum quæ in ea continentur. Prima est ista : Es
haben die Churfürstl. Herren Theologen sehr viele loca aus
Heshusii Schriften zusammen gesuchet / darin er in sei-
nen vorigen Schriften die Allgegenwart des Fleisches
Christi eingereimet hat / nun wäre er ein wankend

Kohr. Non levis accusatio est, Doctorem Theologum esse
arundinem mobilem. Quod Theologi electorales magno
studio collegerint plurima loca ex Heshusii scriptis, hoc mani-
festum est ex Actis Colloquii, iisque scriptis quæ Domini Ele-
ctorales Theologi Brunsvicensibus exhibuerunt. Quod au-
tem in iis Heshusius omnipresentiam carnis Christi assertuerit,
hoc aperta fronde Heshusius negat, & pernegat. In iis quæ Brun-
svicenses Theologi d. 25. collocutoribus exhibuerunt ista le-
guntur. Als die Herrn Churfürstl. Theologi &c. Als die Herrn
Churfürstl. Theologi in ihren übergebenen Schriften sich be-
rufen auf meine Tilemanni Heshusii Bücher und Schriften/
als solche ich selbst die ubiquität oder omnipräsentiam carnis
Christi gelehret / und für der ganzen Christenheit bekennet
und geführet haben/ antworte ich darauf einfältig und deut-
lich / daß meine Meinung nicht gewesen / die ubiquität oder
omnipräsentiam carnis Christi in oder bey allen Creaturen
zu lehren und zu bekennen / sondern habe in denen angezo-
genen Orten / nur dahin gesehen / daß ich die Herrschaft /
Regierung und Macht und Majestät des Menschen Jesu
Christi erklärte. Denn das ich der ubiquität oder omni-
präsentiae carnis Christi nicht bin zugethan gewesen / mich
auch zu derselben nicht bekant habe / solches bezungenet meine
defensio vera confessionis præsentiae corporis Christi in S.
ccena contra Calvinum & Bezan anno 1562. zu Magdeburg
gedruckt / in welcher defension g. 2. sub titulo de ubiquitate
corporis Christi ich meine Bekantniss für der ganzen Chris-
tenheit gethan. In ea confessione cum aliis hæc etiam ver-
ba continentur. Ingenuæ & absque omni simulatione testor, me
nulla cogitatione affligi posse, quæ vel qualis sit hæc quæ dicitur
personalis ubiquitas ; neque etiam satis firma Scripturæ fundamen-
ta invenio, ex quibus indubie colligere possim, corpus Christi esse
ubique

ubique, Et replere cœlum Et terram. Ideoque neque id affer vero,
neque id assertum, modo excludatur imaginatio de locali diffusione,
redarguo. Sic Tilemannus Heshusius docuit ante Colloqui-
um Quedlinburgense; eadem cum collegis suis afferuit in
colloquio, nec unquam aliter docuit. Quidigitur de iis sta-
tuendum, qui calumniantur, Heshusium in hac doctrina
fuisse arundinem mobilem?

Circa finem paginæ 256. duo objiciuntur. Primum est
quod doctrina in colloquio Quedlinburgensi a Theologis
Helmstadiensibus defensâ pugnet cum corpore doctrinæ Ju-
lio, cui singuli academiæ hujus Doctores sacramento se adstrin-
gunt; alterum quod eadem doctrina pugnet cum Augustana
Confessione. Verum enim vero salva res est: utrumque enim
horum falsissimum. Quod attinet primum, Relationis ver-
ba ita habent: In *Corpo Julio* selbst Edit. Brunsvicensis 1690.
und zwar in den Büchern *Urbani Rheygi* wird die Allge-
genwart des Fleisches Christi gelehret p. 582. 868. 870.
872. Nun aber ist diese Schrift ein Theil des *Corporis*
Julii. Insonderheit p. 868. Wir bekennen ausdrücklich/
dass im Heil. Abendmahl/ so hie auss *E* den nach seinem
Befehl an vielen Orten gehalten wird/ der wesentliche
Leib gegenwärtig sey/ und NB. dass der ganze Christus
in göttlicher und NB. menschlicher Natur bey dem Am-
te seines Worts/ und NB. seiner Heil. Sacramenten
in seiner Kirchen hier zugegen sey. Alwo klare steht/
dass auch außer dem Abendmahl der wesentliche Leib
Christi bey den Sacramenten *in plurali*, und also auch
bey der Heil. Tafse zugegen sey/ in gleichen bey dem
Amte seines Worts/ so öfft sein Wort gepredigt wird.
Ecquid autem horum Theologi Brunsvicenses negarunt? qui
in declaratione Dominis Electoralibus d. 27. Januarii præsen-
tata

tata hunc in modum loquuntur. Was den angenommenen und mit Gott vereinigten Leib Christi betrifft / ist der wahrhaftig und wesentlich im Heil. Abendmahl / wo dasselbe auff Erden nach des Herren Christi Einsetzung ausgetheilt wird. So ist auch kein Zweifel / daß der Herr Christus Gott und Mensch / nach beyden Naturen bey seiner Kirche gegenwärtig seyn. Quod attinet verba corporis Julii quæ p. 870. leguntur, ita habent: *Vielweniger* sol dieser Articul (*de ascensione Christi in Cœlum*) von natürlicher und reumlicher Einschließung / als ob Christus mit seinem Leibe also im Himmel beschlossen wäre / daß Er bey seiner Kirchen auf Erden/und in seinem Abendmahl/so hier auf Erden an vielen Orten gehalten wird / mit seinem Leibe nicht gegenwärtig seyn könne oder möge. Ubinam vero Theologi Helmstadienses articulum de ascensione Christi de locali inclusione explicuerunt? Quando docuerunt, quod Christus postquam ascendit in cœlum, nullibi sit nisi in cœlo? aut quod non possit esse nisi in cœlo. In ultima declaratione quam Theologi nostri in colloquio Quedlinburgensi d. 27. Januarii exhibuerunt, § Non obscure sondern sein deutlich ista leguntur: daß die Substanz des Leibes Christi wahrhaftig und wesentlich gegenwärtig sey im Heil. Abendmahl an allen denen Orten/wo dasselbe nach Christi Einsetzung ausgetheilet wird ist unverborgen / wie wir dann auch vielmehr bezeuget / daß wir nicht zweifeln / der Herr Christus / Gott und Mensch soy nach beyden Naturen / in und bey seiner Gemeine gegenwärtig/wo dieselbe auf Erden ist. Wie sollen wir den den Herrn Christum an einen Ort des Himmels sehen. Tertio loco Relatio provocatad verba Urbani Rhegii quæ leguntur p. 872. & ita habent: Sie (presentia carnis & sanguinis Christi in S. Encharistia) wird durch die Himmelfahrt

melsahrt Christi und seinen Sizzen zur Rechten
GOTTES nicht aussgehoben / sondern vielmehr
gestärcket. Idem vero Antecessores nostri aperte do-
cuerunt in verbis modo citatis. Distinguendum au-
tem omnino est inter assertionis probationem & confir-
mationem. Illa utimur adversus contradicentes , hac au-
tem , quoties qui rem ipsam admittunt , in fide confirmandi
sunt. Cujus discriminis ipse Urbanus Rhegius his verbis ibi-
dem indicum facit : Durch die Worte der Einsetzung wird
uns Christi Wille offenbahret / daß Er nemlich mit seinem
Leibe und Blute im Heil. Abendmahl gegenwärtig seyn
wolle. Quod attinet locum ultimum e Corporis Julii p. 52.
in Relatione citatum , in hoc ne verbum quidem extat de præ-
sentia carnis Christi. Agitur ibidem de invocatione Sancto-
rum , & pag. ista non ad Urbani librum de formulis caute lo-
quendi , sed ad articulos Smalcaldicos pertinet. Postquam igitur
difficultas quæ ex Corpore Julio desumta objiciebatur , su-
perata est , illud etiam considerandum , an Theologi isti Helm-
stadienses ab Augustana Confessione , communi Protestan-
tium palladio recellerint? Ego id tum credam quando sol de
noctu lucebit. Relatio id inde probare conatur : Ob auch
gleich in der Augsburgischen Confession nicht ausdrücklich
der Allgegenwart des Herrn Christi gedacht / so ist sie doch
unter den Sizzen zur Rechten Gottes mit eingeschlossen.
Eadem leguntur in Dominorum Electoralium declaratione
Nostris in colloquio Quedlinburgensi oblata d. 19. Januarii.
Verum enim vero Brunsvicenses Theologi consequentiam
negaverunt in declaratione ultima § Aus dem Spruch ic.
Auf das Argument von Sizzen zur Rechten Hand Gottes/
aus welchen die Herrn Theologi meinen zuschliessen / daß
Christus nicht allein als Gott / sondern auch als Mensch als
len Crea

len Creaturen gegenwärtig sey / ist vielmahls geandwortet / und sagen noch beständiglich / daß die omnipræsentia carnis Christi in und bey allen Creaturen aus gemelten Articul / daß Jesus Christus Gott und Mensch zur rechten Hand Gottes sitzet nicht könne noch möge geschlossen noch erwiesen werden. Überius mentem suam explicat Tilemannus Heshusius in defensione Confessionis suæ, quando sic loquitur: *Idem metus me cobibet consideratione articuli de sessione ad dextram Patris. Supremam enim & Deo æqualem majestatem hac phraſi denotari certum est: verum cujusmodi fit hæc gloria, in hac vita non assequimur. Itaque me tempore ab hujusmodi rationationibus. Quoad facultatem recte colligitur. Cum caro Christi sedeat ad dextram Patris æterni, & hæc sessio supremam gloriam, majestatem & nulla simili imitata potentiā significet, per facile carnis Christi, ut sit ubique, verum quod sit ubique non aūsim adjicere, nisi id perspicuis munitum Scripture testimonii animadvertisam.* Notissimum autem est e genuina disputandi ratione, quod adversario non sint obtrudendæ consequentiæ quas ipse non agnoscit. Nolite igitur credere, carissima peccora, primos academiæ hujus Theologos quicquam asseruisse, quod vel cum Augustana Confessione, vel cum corpore Julio pugnet. Utrumque enim tam procul distat a veritate, quantum Herculis columnæ distant ab insula Japan.

Ad pag. 237. progredior, in qua de Antecessoribus nostris ista leguntur: Dieweil aber von den benachbarten Anhaltischen / und damals Helmstädtischen Theologis zweyerley vorgewandt worden / als (1) Essey die Allgegenwart Christi wieder die Vernunft / wieder die Natur eines erschaffenen Leibes / denn ein Leib sey kein Geist / ein menschlicher Leib der Fleisch und Beine hat / könne nicht durch Mauren / Stein und Holz dringen / sondern

Sondern eiu *Corpus* müsse dem andern weichen / *corpus*
sine quantitate non esse *corpus* (2) Es sey wieder die Schrift,
daß Christi Leib allgegenwärtig sey. Proh Deum im-
mortalem quid audio? Quam dura, quam gravis est hæc Theo-
logorum tum viventinm accusatio? Si indoctorum vox ea es-
set, tanti facerem, quanti muscam facio nasum prætervolan-
tem: silentio potius & contemtu quam refutatione ignoran-
tiam vindicaturus. Postquam a viro doctissimo, a cuius nutu
alii etiam pendent, sic accusantur, non possum id dissimu-
lare. Absit tamen, absit, ut malitiam tanto Viro imputem.
Quid, si ignorans fecit? Quid si ex iis quæ ab adversæ partis
Scriptoribus edita de nostrorum sententia judicavit? Quid si
ea quæ olim a præceptoribus suis audivit ipse retulit? Quic-
quid autem eorum sit, ego tamen de eo certissimus sum, quod
beati Antecessores nostri nihil horum asseruerint, nunquam
ita senserint. Inspiciant quæso cordati viri, inspiciant omnes
quibus mens non est affectuum æstu in præceps acta; inspi-
ciant, legant, relegant Theologorum Helmstadiensium
scripta in colloquio Quedlinburgensi Electoralibus Theologis
exhibita. Sitale quid in iis inveniunt, aut ipsos oportet esse
cæcos, aut eos qui toties legentes nihil horum invenire po-
tuerunt. Nuspian in iis legitur, quod omnipräsentia carnis
Christi sit contra scripturam, nuspian quod sit contra ra-
tionem.

De primo audiamus verba ipsorum quæ statim in prima
leguntur primi scripti pagina. Wir Braunschweigische
Theologi sagen ohne einzigen Hinterhalt klahr / daß wir in
der ganzen Heiligen Bibel nicht einen einzigen deutlichen
Spruch funden haben / der generalem ubiquitatem corporis
Christi, daß dieselbe sey / andeutete. Eadem propemodum
verba leguntur in declaratione ultima § Dis ist unsere ic. Dis

ist unsere richtige Antwort und Erklärung/ wie auch zuvor
vielmahl angedeutet/ daß wir gänzlich dafür halten / die
ubiquität oder omnipräsentia carnis Christi in und bei allen
Creaturen habe keinen Grund in Gottes Wörter/ wobey
wir beständig verharren/ es wäre denn/ daß die Herren
Churfürst. Theologi uns bessern und stärkern Grund zei-
gen/ denn bisher geschehen. Incaute agunt, ut mollissime
dicam: imo vero quid opus est hoc velo? aperta & clara voce
dicam; errant gravissime, qui hoc ex iis extruunt: omni-
præsentiam carnis Christi pugnare cum sacris scripturis. Hoc
ipſi afferuerunt, quodin sanctissimis sacrarum literarum mo-
numentis non invenerint hactenus clarum perpicuum & in-
dubitatum de ubiquitate sive omnipräsentia carnis Christi
locum. Aliud autem est, non esse aliquid in divinis scriptu-
ris clare revelatum; aliud pugnare illud cum iis, quæ afflatus
Spiritus S. ab amanuensibus Dei in Scriptura consignata sunt.

Sed ad alterum accedendum quo relatio dicebat Theolo-
gos Helmstadienses tum viventes afferuisse, quod omniprä-
sentia carnis Christi sit contra naturam, & repugnet naturæ
creati corporis. Quod si verum esset, utique dicendum
foret, impossibilem eam esse. Sed nullum mysterium
pugnat cum recta ratione, quæ non fert judicium de conne-
xione rerum inevidentium, & communem naturæ creatæ
conditionem excedentium. Quod autem omnipräsentia
ad eorum classem referenda sit, quæ mysteria vocamus, to-
ties legitur in iis quæ ab utraque parte in colloquio Quedlin-
burgensi exhibita sunt. Ratio igitur recte consulta, sibique
relicta de omnipräsentia carnis Christi plane non judicat, ne-
que affirmando neque negando, sed judicium suum suspen-
dit de quæstione, quæ objecti sui limites excedit. Est igitur
hæc quæstio supra rationem, quia non de eo quid naturaliter
fieri

fieri possit queritur, sed de eo, quid supernaturaliter & per
absolutam Dei potentiam fiat. Hinc primi academiæ hujus
Doctores nunquam eo absurditatis progressi sunt, ut asserte-
rent, quod a natura creati corporis abhorreat, in pluribus esse
locis. Videtur ita rationi male consultæ, bene informata
h. e. recta ratio hoc non dictat. Toties Theologi Helmsta-
dientes in Colloquio Quedlinburgensi aperte dixerunt, se nec
posse nec velle unquam assertere aut docere, quod Christus to-
ta sua omnipotentia non valeat tantum efficere, ut cum suo
corpo quodlibi personaliter univit, quando vult, non possit
esse ubique. Toties etiam negaverunt se infinitæ & inscruti-
bili Dei omnipotentia metam modumque statuere. Au-
diamus ipsorum verba e scripto quod d. 16. Januarii exhibue-
runt. Wir sind niemahls in Albrede gewesen/das es der Herr
Christus nicht solle thun können/wenn er wolte/das er auch
mit seinem Leibe allenthalben wäre. § Wir sind in keiner x.
italoquentur. Wir sind in keiner Albrede / das wir zu viel
mahl gestanden / quod possit Christus substantia carnis sue in omni-
bus creaturis esse si velit. In declaratione ultima ista leguntur
§ das damnamus &c. das Er (Christus) mit der substanz
seines Leibes in und bey allen creaturen seyn mögte wenn er
wolte/ auch ohne Vertilgung menschlicher Natur/das beken-
nen wir stets und ungescheuet. § Nach dieser x. Weil die ver-
söhnliche in Ewigkeit unauflösliche Vereinigung beyder Na-
turen in Christo unserer Vernunft unerforchlich/ so können
wir auch nach unserer Vernunft/ aus solchem verborgenem
mysterio keine consequenz machen. Cum igitur omnia quæ
hucusque sunt allata publicorum actorum testimonia, tam
clara sint, quam clara est lux solis sereno cœlo culminantis, ex
fide mea putavi esse, & Vos quotquot in hac academia sacrarum
literarum studia colitis, & omnes qui haftenus ejusmodi si-

nistras de primis Academiæ Julij Theologis vel eorum successoribus opiniones admiserunt de iis monere. Cavete! nolite credere. Multa in relatione ista dicuntur, nihil probatur. Nunquam primi illi Doctores nostri Formula concordiae rejecerunt. Nunquam omnipresentiam carnis Christi negaverunt. Quomodo de ea in ipso colloquio sint locuti, ex iis quæ huc usque allata sunt manifestum. Quam vero doctrinam tum sunt professi, eandem extra colloquium voce & scriptis tradiderunt. Tilemannus Heshusius mentem suam abunde declaravit in defensione confessionis toties jam citata. De sententia Danielis Hoffmanni testantur sex Epistolæ satis prolixæ de hac controversia ad Illustrem Dominum Achatz de Veltheim in Derenburg / hæreditarium in Harpke anno 1583. & 1584. scriptæ, quæ omnes in manibus meis sunt, cum totidem responsionibus Illustris illius Domini ad Hoffmannianas datis. Sunt etiam in manibus meis scripta plurima ad infelicissimum certamen occasione Thesum Hunnianarum a Goclenio ad Hoffmannum missarum excitatum pertinentia. Sunt denique apud me omnia illa quæ pertinent ad controversiam de eadem quæstione inter Polycarpum Lysereum & Danielem Hoffmannum ventilatam ab anno 1589. ad 1591. cui tandem finem imposuit decretum Serenissimi Ducis Henrici Julii, d. 8. Maij 1591. publicatum, in quo inter alia hæc continentur: Es haben beyde Theile die sen punct generalis ubiquitatis bey der in corpore doctrinæ Julio und Confessione Saxonica gesetzten moderation, welche auch in der Formula concordiae zu finden / nemlich daß Christus / wahrer Gott und Mensch / auch nach seiner Menschheit sey auf Erden an allen Orten / dahin er sich in seinem Heil. Wort ausdrücklich verbunden / und zugesaget / wie den auch sonst seyn könne wo wie und wenn er wolle / dazu ben den terminis, phrasibus, locutionibus

nibus ac forma sanorum verborum die darinnen gebrauchet/
bleiben zu lassen. Si quis etiam tertii collocutoris Basili Sateri,
pro avimei, declarationem desiderat, præfationem evolvat,
quam præmisit tractatu vernaculo de S. Eucharistia, cuius hæc
est inscriptio: kurher / gründlicher / deutlicher und einfälti-
ger Bericht von den Heil. Abendmahl IESu Christi / auf
Befehl der Hohen Obrigkeit wiederum in den öffentlichen
Druck gegeben / zum öffentlichen Zeugniß / daß die Kirchen
in Herzogthum Braunschweig bey der unveränderten
Augsburgischen Confession beständig verharren. In præfa-
tione illa inter alia leguntur ista: daß wir aber die Lehre / ob
sonsten der Leib Christi allenthalben sey / aussehen / geschiehet
nicht der Meinung / daß wir mit den Calvinisten einig seyn /
die solches für unmöglich halten. Denuo wir mit der For-
mula Concordiae von Herzen einig / daß Christus wenn er
nur will / könne mit seinem Leibe gar wol allenthalben seyn —
Wie dan auch diese gemelte meine / und dieser Kirchen Mei-
nung nicht neu / oder von den Helmstädtischen Theologen /
wie etliche vorgeben / erst eingeführet ist / sondern es haben
die sämtliche Niedersächsische Kirchen albereit für 45. Jah-
ren / da noch keine Universität zu Helmstedt gewest / also von
dieser Sache in der allgemeinen Niedersächsischen Bekannt-
nis hie zu Wolfenbüttel gedruckt / geschrieben. His imme-
diata subiectit Saxonicae Confessionis verba. Plura his addere
testimonia facillimum foret: sed instituti ratio monet, ut id
exequar, cuius gratia præsentem scriptiōnem suscepi. Pla-
cuit Serenissimis ac Potentissimis Academiæ Juliæ Nutrito-
ribus, ut postquam per septendecim annos disciplinas mathe-
maticas , & in sequentes quatuordecim annos proximos
Theologiam positivam publice docui , ultimam hanc cum
Professione Controversiarum Theologicarum permutarem.

Arduam hanc esse provinciam nemo ignorat , qui cogitat,
quod nulla propemodum sit Christianæ veritatis pars, quæ
non ab aliquo impugnetur. Quicquid tamen de eo sit, in
Serenissimorum ac Potentissimorum Dominorum meorum
clementissima voluntate humillimo obsequio acquiescens hu-
meros, quos laboribus academicis nunquam subduxi, huic
etiam oneri submitto, toto peccatore confusus, divinum Numen
servum suum Spiritus S. gratia non destitutum. Post Deum
O. M. in hoc pio certamine, quo pro cœlesti veritate adversus
contradicentes pugnandum erit, omne præsidium pono in
Clementissimis Nutritoribus nostris , quorum benignam
gratiam toties sum expertus. Non parum etiam me recreat
memoria Antecessorum meorum in cœlo jam triumphantium , Hornei, Calixtorum, Titii, Niemeieri, quorum no-
mina æternitate dignissima me excitant, ut animosa alacri-
tate controversias Theologicas explicandi provinciam capes-
sam. Quamvis enim forte non semper pari passu & æquali
gradu per tantorum Virorum semitas incedere licebit, tamen
pari industria sequar vestigia eorum, eodem itinere sacrorum
studiorum Cultores ducturus: Posteaquam igitur divina
voluntate hæc provincia mihi demandata est, nihil restat, quam
ut publicas hujus professionis operas in nomine Altissimi ex-
ordiar, & omni cura & cogitatione in id incumbam, ut spar-
tam quam naçtus sum cum studijsæ juventutis commodo ad-
ministrem. Initium hujus operæ facturus sum a controver-
siis quæ inter ecclesias nostras & Pontifici Romano addictas
intercedunt. Ne vero quicquam adversariis tribuam quod
ipsi se docere inficiantur, & nec augeam controversiarum
numerum, nec contradicentium errores dissimulem, consti-
tutum mihi est, instituere collationem inter articulos Au-
gustanæ Confessionis, & canones Concilii Tridentini: & eum
in fin-

in singularum controversiarum tractatione servabo ordinem,
ut utriusque partis sententiam ipsissimis symbolicorum libro-
rum verbis proponam, & ubi opus est, e præcipuis scriptoribus
quorum magna semper fuit & hodienum est apud suos auto-
ritas eandem declarem. Formato controversiæ statu coele-
stem veritatem in Augustana Confessione assertam perspicuis
Scripturæ dictis demonstrabo, & ubi opus, primitivæ ecclæ-
siæ testimoniis roborabo; responsurus deinceps ad præcipuas
adversæ partis objectiones. Quod si etiam fuerint, qui vel
examen subire, vel ad publicam disputandi palæstram admitti
cupiunt, operam meam iis offero promptissimam. Præle-
tionum publicarum, quod felix faustumque sit! initium fa-
turus sum proximo die Martis hora post meridiem tertia.
Omnes igitur divinarum literarum Studiosos officiose invito
ut frequentes adesse velint. Valete omnes & qua de causa
ad nos missi sitis sedulo cogitate. P.P. in Academia

Julia d. XXX. Octobr. anno
MDCCX.



00 4 6466

ULB Halle

002 937 239

3



5b.

VO 17 Fe. 74.
Rhein



26 38

CHRIST. TOBIÆ WIDEBURGII
S. THEOL. D. ET CONTROVERSIARVM THEO-
LOGICARVM PROF. PVBLICI ET
ORDINARI

PROGRAMMA

QVO
SACRARVM LITERARVM STVDIOSI
AD
LECTIONES PVBLICAS INVITANTVR
ET
PRIMI ACADEMIAE IVLIÆ THEOLOGI
ADVERSVS GRAVISSIMAS IMPVTATIONES RELA-
TIONIS DE COLLOQVIO QVEDLINBURGENSI
MENSE PROXIMO HVC MISSÆ
DEFENDVNTVR.



HELMSTADII,

PER ILLUSTRI DOMINO
DR. FRIDERICO SACABO à
LAUTZ. Sculpsit
ac Potentissimi Ducis Brunsw
& Lune. Consilio et diuid
Suprmo in Calvörde
d. Pakow seu magno

TYPIS GEORG-WOLFGANGI HAMMII ACAD. TYPOGR. mittel

Autor.

